

11. Iuencus¹, leo et praedator²

- 1 Super iuencum¹ stabat deiectum leo.
Praedator² intervenit partem postulans.
“Darem,” inquit, “nisi soleres per te³ sumere”,
et improbum reiecit. Forte innoxius
- 5 viator⁴ est deductus in eundem locum,
feroque viso rettulit retro pedem⁵.
cui placidus ille “Non est, quod⁶ timeas” ait,
“et, quae debetur pars tuae modestiae,
audacter tolle”. Tunc diviso tergore⁷
- 10 silvas petivit, homini ut accessum daret.
Exemplum egregium prorsus et laudabile;
verum⁸ est aviditas dives et pauper pudor.

Hilfen:

- 1) iuencus, -i (m.) = junger Stier
- 2) praedator, -is (m.) = Jäger
- 3) per te = von Dir aus, selbständig
- 4) viator, -is (m.) = Wanderer
- 5) pedem retro referre ≈ sich zurückziehen
- 6) est, quod (+ Konj.) = es gibt einen Grund (+ Inf.)
- 7) tergor, -is (m.) = Fleisch am Rücken
- 8) verum (adv.) = gewiss